

Eberhard Deichmann    Nicolaus Meier


## **Disputatio De Rerum Divisione Ac Qualitate, Earumq[ue] Ex Iure Gent: acquirendo dominio**

Rostochi[i]: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749374438>

Druck    Freier  Zugang





V. K. — 2 (124.)

1. Bickmann de rerum divisione.
2. Bickmann de sponsalibus et nuptiis.
3. Bickmann de successione legitima.
4. Bickmann de testamentis.
5. a Diesfeldorf de adulterio lege divina et humana coercendo.
6. a Diesfeldorf de eo quod justum est circa aegla.
7. Secher de jure aperturæ. Opusculi unum.
8. Kemmerich de tutela pactitia tam in jure Romano quam Germanico fundata eisque in foris utu.
9. Secher ad L. 38. de minor. de praescriptione conventionali et minore advenus eam a principe restituta.
10. Secher de piratatione.
11. Secher de momentanea possessione et lite vindictarum.
12. Hartmann de deposito irregulari.
- 12<sup>b</sup> Koenig de jure consuetudinario.
13. Koenig de officio mariti erga suam uxorem.
14. Koenig. Testamentum judicis extra judicium oblatum, si loco actuarii Notarius substitutus sit, jure Saxonico effectu suo destituitur.
15. Koerel de servitutibus realibus.
16. Knoblach de Sittawienensi communiore bonorum inter conjuges.
17. Kirchmaier Latinitas legalis praeter mentem suspecta et J. eruta.
18. Kitzel de foro competente.
19. Kirchmaier de foenore unciano, generatim de usuraria pravitare.
20. Klengel de contractibus consensualibus.
21. Kleppenbein de mutationum in rebus publicis causis et remediis.
22. Musaeus de foro rei sitae etiam ad res mobiles quas vis pertinet.
23. Musaeus de pretio juris Justiniani sacri.
24. Triggelaer de injuriis coercendis.
25. Kirchmaier de exceptionibus.
26. Hüblwein de jure monetarum.
27. Krimbergk de collatione bonorum.
28. Krimbergk de testamentis.

29. Kraus de successione liberorum ea circubina procreatorum.
30. Kraus de patre ea facto filii obligato.
31. Kraus de patria potestate.
32. Kraus de liberis ea matrimonio inter quosdam supratam,  
que ab alio, iusto, natis.
33. Kraus de fratre unilaterali defuncti materteram iure va-  
canti communi a successione excludente.
34. Kraus de eo quod justum est circa poenam furti.
35. Kraus de eo quod justum est circa peruationes in huius  
saliorum.
36. Kraus de eo quod justum est circa testes in postposito summa-  
riissimo.
37. Kraus de eo quod justum est circa probationem per testes  
domesticos.
38. Schröter de universitate herede.
39. Schröter de eo quod circa facta universitatum licita justum  
est.
40. Heimburg an is, qui iure prolationis quoad sortem in circuitu  
est nuntius eodem quoque gaudeat ratione usurarum?
41. Heimburg de fisco res debitorum fiscalium iure creditoris  
distrahente.
42. Heimburg de conditione mulieri intercedenti competente.
43. Welsen de testamentis.
44. Werner de dolo malo.
45. Werner de beneficio ordinis seu cooptionis possessioni extra.
46. Werner de beneficio ordinis seu cooptionis possessioni extra,  
nec contra creditorem, sive ea generali sive ex speciali hypo-  
theca agat, competente.
47. Werner de actione pignoratitia directa utrum utiliter ad-  
versus tertium possessorem locum inveniatur?
48. Werner de obligatione alteri per adterum quaerenda.
49. Werner utrum princeps imperii privato, mutuum repetenti ea-  
ceptionem illiciti foeneris et usurariae pravitatis recte objiciat?
50. Werner de dignitatibus.
51. Werner de rationibus.
52. Werthoff de examine testium extraordinario in perpetuum rei me-  
morant.
53. Werthoff de iudicio admiralitatis Hamburgensis.

DISPUTATIO

DE

RERUM DI-  
VISIONE AC QUALITATE,  
EARUMq; EX JURE GENT;  
acquirendo dominio.

*Quam*

SS. TRIADOS AUSPICIIS,

Scitu & autoritate,

*Nobilissimi & Amplissimi Jctorum, in inclutâ  
Academia Rostochiensi, ordinis,*

PRÆSIDE

EBERHARDO DICKMANNO

Osnabrug. Westph.

*Ordinarij Exercitij gratiâ, discutiendam exhibet,*

JOANNES NICOLAUS MEJER

Osnabrug. Westph.

*Prid. Cal. Octob. horis locq; consuetis.*

✠: (o): ✠

ROSTOCHI

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XIII.



## Positio I.

**R**es, quarum appellatione & causa & jura continentur, *l. 6. l. 23. de V. S. alia in jure nostro corporales, alia incorporales dicuntur. tot. tit. J. de reb. corp. & incorp. l. 1. §. 1. de rer. divis.*

2. Et sunt aut juris divini aut humani. *d. l. 1. in pr. Illa rursus dispescuntur in sacras religiosas & sanctas. §. 7. & 3. seqq. Inst. h. t. l. 6. §. 2. & seq. eod.*

3. Sacra dicuntur quae publice ac rite apud priscos per Pontifices vel Principes Deo consecratae sunt. *§. 8. J. h. t. d. l. 6. & 9. eod. hodie autem cuilibet magistratui, & Sacrosanctae religionis Christianae Antistiti ejusmodi actum consecrationis exercere atq; expedire, concessum est. c. nemo. de consecrat. distinct. 1. §. si quis autem. 7. §. si quis adificium. 10. Auth. de Eccles. tit. ac privileg.*

4. Et nullius in bonis sunt: *§. nullius J. h. t. ideoq; nec alienari, nec obligari, necessitate vel pietate non suadente, Auth. praterea. C. de SS. Eccles. l. sancimus. l. 36. C. de donat. c. apostolicos & seqq. 12. q. 2. possunt. d. l. sancimus & l. 14. C. de SS. Eccles. c. nulli de reb. Eccles. non alienand.*

5. Immo opes ac pecuniae sacrae ad profanos & falsos Dei cultus destinatae: neq; Reipubl. neq; defunctorum heredibus, aut privatorum hominum impijs usibus cedunt: sed ad pios & veros usus, nimirum sacri Ministerij, Academiarum & Scholarum piarum conservatio.



vationem & instaurationem similesq; , merito conver-  
tuntur. l. 16. de usu & usufr. leg. & ibi Gloss. arg. l. 4. de  
administr. ad civitat. pertin. l. inter. 83. §. sacrum. de V. O.  
c. quæ semel. 19. q. 3. c. semel. de R. J. in 6. vid. Carol. V.  
Constit. anno 1555. in Comit. August. latam. fol. 7.

6. Magna quoq; illarum est immunitas, maximè  
verò ædium sacrarum sive templorum, quæ & Domini-  
ca vocantur (unde proculdubio Germanica vox *Thum*  
idem *Thumherr* fluxit: sicut ijdem Germani majores no-  
stri vocabulum *Kirch* / ex depravatione Græci nominis  
*κυριακή*, deduxerunt. *Rittersh. ad Nov. constit. p. 1. c. 8.*  
*n. 9.*) ut sint quædam asyla, ab ijdem aliquem eripere,  
nefas sit: & hæc de jure Canonico. c. reos. 23. q. 5. c. si  
quis *Contumax. 17. q. 4. c. inter alia. de immunitat. Eccles.*

7. De jure civili autem aliud constitutum, & con-  
suetudine plurimis in Locis diversum & quidem rectè  
introducitur ac receptum est. *Nov. 17. c. neq; 7. vid.*  
*Schneid. ad §. fin. J. de his qui sui vel alien. jur. arg. l. si à reo*  
*70. §. fin. de fidejussor. l. 31. depos. l. 3. C. de Episcop. audient.*

8. Locus quoq; sacer etiam diruto ædificio, sacer  
manet, §. 8. l. h. t. in fin. l. 6. eod. & privilegia sua reti-  
net; ut nec venire, aut alio quovis modo alienari possit:  
l. 73. de *Contrab. empt. licet religionem*, postquam in ho-  
stium pervenit potestatem, amittat, neq; antequam li-  
beretur, eam recipiat. l. cum loca 36. de relig. & sumpt. fun.

9. Rem religiosam seu locum religiosum faciunt  
omnia sepulchra, seu defunctorum domus, l. 4. C. de  
sepulch. viol. in quibus corpus ossave hominis condita  
sunt. l. 2. §. 5. de relig. & sumpt. fun. l. 6. §. 4. h. t.

10. Sepulchra sunt aut familiaria, aut hereditaria.  
Illa dicuntur, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit: hæc,  
quæ

quæ quis sibi heredibusq; suis constituit. *l. familiaria. §. de relig. & sumpt. fun. vid. etiam l. seq. eod.*

11. Religiosum locum unusquisq; sua voluntate in agrum suum mortuum inferendo, facere potest: *l. §. 4. b. t. si verò sit communis, absq; consentu loci mortuum inferre non licet. §. 9. b. t. l. §. 4. eod.* Item proprietarius vel usufructuarius si fuerit, utriusq; domini consensus requiritur. *l. 2. §. 3. l. 42. de relig. & sumpt. fun. Dn. Lindem. præceptor. meus honorandus. Exerc. Justin. 2. tit. b. n. th. 17. & 20. cum seq.*

12. Hæc de jure civili ita sese habent. De jure canonico locus ut fiat religiosus, illatio mortui non sufficit: sed Episcopi seu Antistitis requiritur consecratio. *c. ad hac X. de relig. domib. t. tit. de sepult. Dn. Lindeman. d. Exerc. th. 17.*

13. Hodie autem omnia sepulchreta omnibus Christianis, quæ Cœmeteria vocantur, sunt communia, tam intra mœnia quam extra argt. *l. de quib. 31. de leg. c. ult. de consuetud. (Constitutione D. Adriani in l. 13. §. Divus. de sepulch. viol. suspensâ.)* in quibus defunctus dormitorium habere potest, nisi legitimè à communione Ecclesiæ sit segregatus.

14. Neq; enim aut Judæus, ex *l. 19. C. de Judæis.* nec hæreticus argt. *l. un. C. de Christian. mancip. c. quicumq; ver. & locus. de heret. in §. nec usurarius. c. 2. in pr. usq; ad §. nullus. de usur. in §. sepultura Christiana afficiendi sunt. ad. textib. & passim Dd.*

15. Præsertim verò deneganda erit illi, qui sibi memphi cruentas manus intulit: ejusq; potius canina, aut asinina, quam humana sit sepultura. *c. placuit. 23. q. 5. 3. Reg. 21. & 4. c. 9. Jerem. 22.* Aliud verò jus est in eo,  
A 3 qui

qui ob maleficium aliquod capitale damnatus est. *tot. tit. de Cadaver. punitorum.*

16. Eadem vis, idem effectus rerum religiosarum, qui saerarum, est: nullius enim in bonis sunt, *§. nullius. l. h. l. 6. eod.* ideoq; nec illæ vendi neq; obligari possunt. *l. 1. C. de sepulch. viol. l. 2. C. de relig. & sumpt. fun. arg. l. 14. §. fin. de servit. l. 12. §. Scto. de relig.*

17. Monumentum quoq; alienum deformare, deteriorare, aut demoliri nefas est. *arg. l. 1. §. 6. de mort. inf. l. Divi. 39. de relig.* Et hoc multo magis in defunctorum corporibus obtinet: illa namq; detineri, vel à sepultura arceri non debent. *l. ne corpora. 38. de relig. l. 14. C. eod.*

18. Quod aded verum est, ut creditori debitoris sui funus impedire, rebus ejusdem signacula imponere, sine decreto Magistratus, sub pœna debiti amissionis, & tertia parte bonorum publicatione, & infamiæ notatione, *Auth. item qui domum. C. de sepulchr. viol. l. cum sit. 6. C. eod. Nov. 115. c. 5. §. meminimus.* non liceat.

19. Et hæc omnia humanitatis ratione, quod terram teramus, terram geramus, & in terram convertamur, & de terra sumemur, introducta esse, palam est. *c. in Ecclesiastico. 13. q. 2.*

20. Res sanctæ, iidem quodammodo divini juris *§. 10. J. h. t.* & legis sanctione confirmatæ, ac hominum commercio exemptæ sunt. *l. 8. & ll. seqq. eod. l. 9. §. proprio. eod.*

21. Rebus sanctis adnumerantur leges: hæc enim sanctione quadam sunt subnixæ: quod autem sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi Deo non sic consecratum. *d. l. 9. §. 3. h. t.* Et interdum dicuntur sanctiones. *d. §. 10. l. h. t. l. 44. de pœn. Cic. Epist. 23. ad Attic.*

Muri

22. Muri & portæ Civitatis quoq; sanctarum re-  
rum numero sunt: *d. §. 20. & l. 1. eod.* ideoq; si quis illius  
muros portasve violaverit, vel scalis admotis, transcen-  
derit, capitis poenam sustinebit. *l. fin. de rer. divis.*

23. Et hanc rem occasionem Cædi fraternæ Ro-  
mulo præbuisse, autumat *Liv. lib. 1. fol. (mibi) 7.* quam-  
vis Romulam regnandi libidinem absolutam ad hoc im-  
pulisse, eamq; muri seu fossæ causam minus idoneam  
honestatis speciei opposuisse, credendum sit. *Comm. 3.  
Comm. c. 1.*

24. Eandem etiã poenam præstitutam esse ijs,  
qui ad exemplum Urbis, alterius civitatis muros aut val-  
lum transcendat, maximè si per murum castra ingredia-  
nt, aditruimus. *l. desertorem. 3. §. in bello. 7. de re milit.  
Cic. 2. offic. Dn. Lind. d. disp. th. 23.*

25. Idem quoq; jus publicorum carcerum effracto-  
ribus, qui in custodia derinentur, applicamus. *l. 1. de  
effract. & expil. l. in eos. 13. de Custod. reor.* Sin verò ne-  
gligentia custodum evaserint, levius puniendos esse di-  
cimus. *d. l. 1. Boss. de Carcer. n. 7.*

29. Memores divisionis superioris, Res humani  
juris esse dicimus, quæ ad publicos & privatos hominum  
usus destinatæ sunt: *l. 1. in pr. vers. hæc autem h. t. cæq;  
sunt publicæ aut privatæ. d. l. 1.* Illæ extra patrimonium,  
hæ in patrimonio nostro existunt, *in pr. l. h. Cai. 2. inst.  
c. 1. & sunt communia, publicæ & universitatis. d. pr.  
Inst. l. 2. eod.*

27. Communia sunt jure naturali, mare, litora  
maris, aer & aqua profluens, ideoq; nemo ad litora ma-  
ris accedere prohibetur. *§. 1. l. h. t. d. l. 2. in eod. l. 13. de  
injur. l. 3. ne quid in loco publico.*

28. Usus earum rerum quidem est communis  
omni-

omnibus, at proprietates per se nullius est, alicujus tamen, nimirum qui eas primò occupavit, esse potest. *d. §. 1. §. 12. vers. quod enim l. h. l. 3. in pr. de acquir. rer. dom.*

29. Hinc sequitur, neminem rerum naturam communium, plenum dominium neque proprium usum sibi vindicare posse. Unde liquet, Venetos, Maris Adriatici dominium nullo jure sibi usurpare; cum ad obtinenda loca juris gentium longi temporis præscriptio non profit. *l. præscriptio 45. in pr. & ibi Donell. de usucap. Connan. 3. c. 16. Nicaf. ad §. flumina. l. h. t.*

30. Hodie tamen prisca illa mari, litoribusque maris utendi libertas, à Principibus terrarum dominis, admodum coarctata est: Illi enim se dominos maris profitentur à navigantibus vectigalia & portoria exigunt & mari fines constituunt: *l. 3. C. denavic. c. un. 2. f. 56. immò res prætiosas in litore legendi facultatem, privatis denegant. Dn. Præcept. Lindemann. d. Diss. 1. Exerc. Inst. th. 6.*

31. Porro, res publicæ in specie ita dictæ, appellantur, quæ in jure populi Romani atque imperij sunt: *l. 1. §. 3. ne quid in loco publico l. 15. cum l. seq. de V. S. ut, flumina, portus, alveus, publicæ viæ, & c. quarum usus communis, proprietates tamen singulorum est. l. fluminum 24. in pr. de damn. infecto. l. unic. ut in flum. publ. navig. l. 1. de loc. & itin. publ.*

32. In his itaque licet cuilibet piscari, navigare, lavare, per ripam onerare & exonerare, & c. non tamen id pro libidine, sed ne alij ac publico usui noceatur, facere licitum est. *d. l. fluminum 24. in pr. l. 1. §. si quis. ne quid in loc. publ.*

33. Si autem quis in diverticulo fluminis per plurimos annos piscatus sit, adeò ut longissimi temporis posses-

possessionem allegare & hinc alium eodem jure uti  
volentem, prohibere possit, quætionis est non inelégan-  
tis? de jure Aff. l. 17. de divers. & tempor. præscript. Dn.  
Lindeman. d. disp. th. 10.

34. Hodie, cum flumina, ratione Jurisdictionis in  
patrimonio Principum esse censeantur, Eos ex causa in  
ijsdem piscationes & navigationes prohibere posse, con-  
cluditur. Cujac. 4. obs. 2. Rauchb. 1. q. 23. Dn. Lindemann.  
d. disp. th. 9.

35. Res Universitatis dicuntur, quæ unius alicujus  
civitatis propriæ & quasi privatæ sunt, quarumq; usus  
civibus inter se communis & publicus est: ut fora, tem-  
pla, theatra, gymnasia, publica balnea, &c. l. 6. §. 1. de  
rer. divis. §. 6. l. h. t. adeo, ut si quis prohibeatur, benefi-  
cio actionis injuriarum uti queat. l. 2. §. si quis. 9. ne quid  
in loc. publ.

36. Sunt etiam aliæ res hujus generis, veluti bona  
civitatum, prædia & insulæ: item vectigalia publica,  
Saltinæ, molæ, &c. l. bona Civitatis. 15. de V. S. quæ non  
ita singulorum usibus, uti illa, patent, sed in fructu sunt.  
Reipubl. & usibus publicis tantum deserviunt. l. inter 17. §.  
an. de V. S. l. 4. de Censib. tot. tit. de administr. rer. ad ci-  
vit. pert. Dn. Lind. d. disp. th. 11.

37. Ad exemplum Reipublicæ, permittum est  
etiam quibusdam, habere corpus collegij vel societatis,  
veluti Sartorum Sutorum & aliorum artificum: eisdemq;  
proprium est, habere Tribunos, res communes, & arcam  
communem, & actorem sive Syndicum, per quem tan-  
quam in Republica, quod communiter agi fieri oportet,  
teat, agatur, fiat. l. neq; societas. §. 1. Quod cumq; univers.  
nom. l. 1. de Colleg.

38. Attamen, si quid universitati debetur, singulis  
non

B

non

non debetur; nec quod debet Universitas, singuli debent.  
*l. scut. 17. §. si quid ff. quod cuiusq. univers. nom.*

39. Res privatæ sequuntur, & dicuntur, quæ in singulorum, hoc est, privatorum dominio existunt & existere possunt. *§. ii. J. d. t. l. 1. & 2. eod.*

49. Dominium autem, quod in directum seu nudam & utile, rectè dividimus, *arg. §. fin. Inst. de usufr. l. 12. C. defend. patrim. jure Gentium vel jure Civili nanciscimur. d. §. ii. l. h. l. 5. de J. & J.*

41. Jure Gentium id ipsam varijs modis nobis contingit, inter quos antiquissimus est Occupatio: (à qua illud coepisse, Nerva scribit *l. 1. §. 1. de acquir. poss.*) quod enim ante nullius est, id naturali ratione primo occupanti conceditur. *§. fera. 12. J. h. t. l. 3. de A. R. D.*

42. Ejus tres sunt species: Aucupium, Piscatio & Venatio, pro genere triplici animantium: quæ aut in aëre, aut in aqua, aut in terra capiuntur. *d. §. 12. J. h. l. 1. de Acquir. rer. domin.*

43. Jus aucupationis omnium hominum commune est *l. 3. §. 1. de A. R. D.* adeò, ut non intersit, utrum quis in suo vel alieno fundo aucupetur, *d. h. 3. §. 1. d. t. & quicquid avium capit, sibi occupanti reservat. arg. l. 3. Ne quid in loc. publ. l. 13. de Injur.*

44. Quod de avibus feram naturam habentibus intelligendum: Nam si cicures sint naturâ, vel cicurata, licet conspectum nostrum effugiant, tamen dominium non mutant, *§. Gallinarum h. t. l. 3. §. aves. de acquir. poss. sed animo possideri intelliguntur, quamdiu ad nos commeare solent. §. parvorum. l. h. t. d. l. 5. §. eod. l. 4. de A. R. D.*

45. In alieno autem fundo aucupari licet, dummodo dominus non prohibeat *l. 16. S. R. P. & quicunq;*  
contra

contra prohibitionem ingressus fuerit, injuriarum tene-  
bitur: Ulp. in l. 13. §. 7. de injur. quicquid verò interim  
capit, laum facit; Donell. in §. ferè J. h. t. & ibi Dd. comm.  
Sebast. Med. de venat. p. 1. q. 6. fol. (mibi) 21. nisi fundi  
fructus ex aucupio constet. l. venationem. 26. de usur.

46. Idem fermè jus in piscationibus obtinet, §.  
flumina J. h. t. aded ut contra prohibentem injuriarum  
agi possit: d. l. 13. de Injur. nisi flumen privatum sit; contra  
eum namq; piscari volentem, interdicto, uti possidetis,  
experiri possumus. l. 14. de Injur. l. 3. uti possed. l. 52. de  
acquir. poss.

47. Si tamen quis capiat pisces in alieno flumine,  
non circumsepto, pro qualitate personæ & facti ipsius,  
arbitrio Judicis, sive in ære, sive in corpore luat. vid. Ca-  
rol. V. D. H. D. c. 169. Jus Saxon. art. 28. lib. 2.

48. Quod hæctenus dictum, multò magis in vena-  
tionibus locum habet, §. ferè l. h. t. l. 3. de A. R. D. aded  
ut ex Dd. sententiâ, ne quidem jure Civili veteri Princeps  
aliusve Magistratus cuiquam Venandi facultatem in lo-  
co publico adimere queat: Interpp. in l. fin. Si contr. jus.  
vel utilit. publ. etiam si jure novo & consuetudine aliud  
receptum sit. c. 1. §. si quis, vers. nemo. de pace tenend. in  
resib. feud.

49. Ne quispiam fundum suum venandi causa in-  
grediatur, unusquisq; dominus prohibere potest. §. ferè  
l. h. t. l. Divus. 16. de S. R. P. (ut supra de usucapione di-  
ctum) sed ne quis venetur in loco publico, nemo, nisi so-  
lus Princeps, in quem populus omne suum imperium  
trantulit. §. 9. l. d. l. N. G. & C. vel Magistratus qui ju-  
risdictioni præsit, potest prohibere. arg. l. fin. de jurisdic-  
t. l. 339. §. territorium de U. S.

50. Hinc sequitur Principem dum venandi licen-  
tiam



tiam sibi vel alijs; quibus eandem dedit & permisit, usurpat, vel eadem utuntur, privatis quidem derogare, atamen injuriam nullam jure à ll. sibi concessio, utendo, illis facere videri. *arg. l. nullus 55. de R. J. l. 3. §. si quis, de lib. homin. exhib.*

51. Insuper Princeps aliq; optimates hoc jus longissimi temporis præscriptione ex privatorum patientia, acquisivere, ideoq; nullo titulo indigent, *arg. l. alienationis 28. de V. S. & l. si quis diurno. 10. in pr. & ibi Dd. si servit. vind. sed illis possessio sufficit. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. cum voluntas pro jure & causa accipienda sit. arg. l. fin. de aqua pluvi. arcend. l. 32. §. in veterata de ll.*

52. Quare Constitutio Friderici I. Imperatoris, rationi est consentanea: qua omnem venationem interdixit Rusticis: præter ursorum, luporum & aprorum, quos ob diritatem & perniciem, ab omnibus occidi, publicè utile est. *c. 1. §. si quis vers. nemo. de pac. tenend; in usib. feud.*

53. Si quis feram capiat, ejus tam diu manet, quam diu ab eo tenetur, aut custodia cohibetur: *d. §. fera I. de R. D. l. 3. §. 2. & l. 55. de A. R. D. nam si custodiam effugerit: alterius occupationi patet. d. §. fera & d. l. 3. d. 7.*

54. Proindè, si quis feram à se vulneratam persequatur, non aliter tamen suam facit, quam si eam capiat: & ideo à quovis alio possideri potest. *§. illud quaesitum de R. D. l. 5. de A. R. D.*

55. Occupationi affinis est bellica deprædatio: quæ enim ex hostibus capiuntur, sive res sive personæ sint, statim capientium fiunt, modò bellum sit justum & legitimum. *§. item ea J. h. t. l. hostes 24. de capt. & postlim. revers.*

56. Personæ captivitate solutæ, postliminij jure itatum.

statum pristinum, omniaq; jura recuperant. *l. 7. de A. D. d. l. hostes. & l. nihil 26. de capt. & postl. rev.* Hodie verò jure captivitatis inter Christianos cessante: capti in bello, victori præstita pecunia, quam *λύτρον* Græci vocant, veniam recedendi impetrant: aut in tempus certum militiam aburant. *Alicat in l. 118. de V. SMyrs, in §. item et. l. b. tit.*

57. Res autem non omnes in præda sunt, sed tantum mobiles: *l. 28. de capt. l. 36. C. de donat.* immobiles namq; fisco adjudicantur *l. 20. de capt.* nisi Princeps ex singulari gratia eas militibus concesserit. *Dd. in l. Lucius II. de Evectio.*

58. Cum Occupatione magnam habet similitudinem Inventio, non minus enim quam illa naturalem in se possessionem continet: *§. item 18. l. b. t. l. 3. eod. & est rerum, quæ nullius unquam fuerunt, veluti, lapilli, gemmæ, & cætera, quæ in mari & maris litore nascuntur; eæ namq; tam juris quam possessionis ratione nullius sunt: l. 3. de R. D. l. quod in litore de A. R. D. l. 1. de acquir. poss. vel quæ alicujus fuerunt, sed esse desierunt, ut apud præcos, missilia. §. hoc amplius 46. l. b. t. vel thesaurus pro derelicto habitus. §. 40. l. b. t.*

59. Diversum obtinet in rebus in litore maris inventis, naturam tamen non communibus; quæ enim in maris tempestate levandæ navis causâ ejiciuntur, domini manent; quoniam in deperdito & non derelicto sunt. *l. interdum. §. quod ex naufragio. 1. de acquir. poss. l. qua ratione. §. alia fin. de A. R. D. l. si quis merces. pro derelicto. l. qui levandæ. 8. ad L. Rhod.*

60. Idem obtinet in rebus, quæ ruina facta, aut incendio exorto, præjiciuntur, *l. si finita §. si quis metu. de damn. infecto. l. 3. de incend. ruin. naufrag. ad eod, ut qui eas*

animo lucrandi contrectet, furti se alliget. *l. si quis. s. de incend. ruin. naufrag.*

61. Jure novo, si quis res naufragio perditas, & in litus ejectas, sciens retineat; bonorum publicatione mulctatur. *Auth. navigia. C. de furt. jure verò Canonico excommunicatur. c. excommunicationi. X. de raptor.*

62. Omnes deniq; res siue in publico siue privato reperiantur loco, si assertorem non habeant, & pro derelicto haberi caperint, repertori cedunt. *arg. falsus. §. qui alienum. de furtis l. 1. pro derelict. arg. l. quemadmodum. de acquirenda vel omittenda poss.*

63. Verùm, si quis rem inventam, suppressendi & lucrificandi causa, celet, furtum committit. *l. qua ratione. §. fin. de acquir. rer. domin. & d. l. falsus. §. qui alienum. de furtis.* Quò autem dictam poenam effugiat, publice libellum se rem inuenisse & redditurum vero domino, ex Ulp. consilio, proponere debet. *d. l. falsus §. 9. §. proinde §. vers. solent. de furt. & ibi Dd. tam etiam in §. fin. h. t.*

64. Ad thesaurum descendimus; qui est vetus pecunia depositio, cujus non extat memoria, ut dominum jam non habeat. *l. nunquam. §. thesaurus. de acquir. rer. dom. Vid. l. uni. C. de thesaur.*

65. Acquiritur autem pro ratione loci, ubi inuenitur: aut enim locus est proprius, vel alienus; priori casu, inventor eum quoquo modo, legitimo tamen ac licito, inventum, ex assè. facit suum. *§. thesauros. l. h. t. l. unic. C. de thesaur.* Posteriori casu, ex semisse thesaurus fortuitò in ventus, ad repertorem venit: altera parte domino, qualis etiam fuerit, applicato. *d. §. 39 l. h. t. d. l. un. l. si is, qui. §. 3. de A. K. D. l. acquiritur in fin. eod.*

66. Sin autem nullius fuerit, attamen fortuitò thesaurus iuentus sit, itidem quo ad semissem, inventor, quo

quo ad alterum, fisco ceder. l. 3. §. si in locis. de jure fisci.  
Frid. Imp. nov. constit. inc. un. in f. quæ sunt regalia. 2. send.

67. Succedit modus acquirendi alius, in Accessio-  
ne, quæ nihil aliud quam rei alicujus augmentatio est,  
consistens; & ejusdem est generis, cujus est totum. l. in  
rem. 23. §. 3. & 5. l. quæ de tota. 76. in pr. de rei vind.

68. Distinguitur autem in naturalem, cujus spe-  
cies sunt, fætura animalium, circumluyio, alluyio & al-  
vei mutatio; & Artificialem; cui adnumeramus mixtu-  
ram; jus soli & possessionis. t. l. & ff. h. t.

69. Ex priori specie qualia etiam proveniunt ani-  
malia, sive sint rationalia §. 4. l. de jur. person. sive irra-  
tionalia l. 6. h. t. jure gentium nostra sunt, licet apud a-  
lium conceperint, l. fin. eod. aut etiam alienum genuerit.  
l. 5. §. idem. de R. Vind.

70. Circumluyio est insula, quæ undiq; flumine  
alluyitur. §. 22. l. h. t. l. 7. §. 3. de acquir. domin. ubi requiritur,  
ut qualitatem & conditionem loci, in quo nata est, atten-  
damus. d. §. 22. l. h. t. l. 29. & l. seq. d. A. R. D.

71. Aut enim nata est in mari, & cedit occupanti:  
d. §. 22. aut in flumine publico, & fit ejus cujus ripæ  
proximior est. l. 29. l. 30. l. 56. de A. R. D. Sin vero partem  
mediam fluminis teneat, communis fit eorum, qui utrinq;  
prædia possident; non tamen pro indiviso, sed pro utri-  
usq; agri fronte seu latitudine ac modo. d. §. 22. l. h. t. d.  
l. 29. de A. R. D.

72. Quæritur autem, utrum insula illa tam quo ad  
usum & proprietatem, vel proprietatem tantum, vicin-  
orum fiat; prius affirm. arg. l. 1. §. si insula de flum. Don.  
4. com. 29.

73. Adluyio nihil aliud est, quam incrementum  
latens §. 20. l. h. t. l. adeo 7. §. 1. de A. R. D. l. 1. C. de alluv.  
& quic-

& quicquid per hanc fluminis beneficio alterius fundo, siue sit occupatorius, siue quæstorius, paulatim accrescit, ejus sit cuius est fundus *d. §. & d. l. 1. C. de alluv. d. l. 7. de A. R. D. l. 11. §. 7. de publ. in rem. act.* Diversum obtinet in agro diviso & cuiq; à Repub. assignato, aut limitato: in eo enim jus alluvionis cessat. *l. 10. de acquir. dom. l. 1. §. 6. de flumin. Cujac. 2. obs. c. 9.*

74. Ut autem locum habeat alluvio, necesse est, ut & paulatim fiat & in flumine publico: *§. 20. l. h. t.* si enim subita vis fluminis uno impetu crustam terræ vineatæ vel arboratæ detractam, alterius prædio adiecerit, dominium non mutat, *§. quod si vis. 21. l. h. t. d. l. 7. §. 2. de Acquir. dom. l. 9. §. 2. de damn. inf.* sed dominus, de damno tam præterito quam futuro cautionem si præstet, rei vindicatione uti potest. *l. hoc amplius. §. Alfenus. & §. Nervatius. & ibi Dd.*

75. Si verò arbor vel crusta, dicto modo translata, in fundum alienum radices egit, vindicatio locum non habet. *arg. d. §. 21. l. h. t. d. l. 7. inf. de A. R. D. d. l. 26. §. pen. l. hoc amplius §. de ijs & l. 3. ibi Gloss. de R. V.*

76. Alveus quoq; si à flumine fuerit derelictus, inter illos dividendus erit, qui utrinq; fundos conjunctos habent, ut supra de insula dictum fuit. *§. 23. l. h. t. l. 30. §. 1. inf. l. insula §. item quero de A. R. D.*

77. Alia causa est inundationis, quia formam agri non mutat & dominium non aufert, sed duntaxat possessionem impedit. *§. 24. l. h. t. l. 7. §. aliud sanè & d. l. 30. §. 2. inf. de acquir. dom. l. 1. §. 9. de flumin.*

78. Si tamen inundatio fuerit perpetua, aut saltem præscripta, tam proprietas quam ususfructus amittitur. *l. 5. §. 2. & l. quid tamen 10. §. 2. & 4. l. 23. quibus mod. ususfr. amitt.*

Acce.

79. Accessio artificialis, primùm in mixtura conficitur, & potissimum fit specificatione, adjunctione & confusione. *§. 25. cum seqq. 4. J. h. t. l. adeo. §. 7. cum 2. seqq. de acquir. dom. l. 3. & 5. l. 4. & l. 13. §. 2. & 5. de rei vind.*

80. Specificatio est, quando nova species ex aliena materia ab eo qui dominus non est, conficitur. *§. 25. l. h. t. l. adeo. 7. §. cum quis. 7. de acquir. dom.*

81. Cujus autem fiat species nova, inter Proculianos & Sabinianos olim controversum fuit, illi, species, hi, materiae domino eam adjudicarunt. Mediam autem sententiam *Caj. Ulp. Pauli*, Justinianus sequendo, dissidium hoc sustulit. *d. §. 25. & d. l. 7. §. 7. l. 12. l. 24. de A. R. D.*

82. Aut enim ex aliena materia bona fide nova conficitur species, eaq; reduci potest ad pristinam materiam, & materiae cedit forma: sin minus, formae cedit materia. *d. §. 25. d. l. 7. §. 7. d. l. in omnibus. 24. de acquir. dom. l. 78. §. 4. de leg. 3.* Aut materia est partim propria, partim aliena, & species fit formantis: cum causa duplex uni præponderet. *d. §. 25. vers. quod si. & l. sup. alleg.*

83. Adjunctione, vulgò etiam accessio dicta, acquiritur dominium, quoniam rei alicujus ornandae augendae causâ, aliquid adjungitur vel additur. *§. 26. l. h. t. quod toti, tanquam accessorium principali, cedit, l. 23. §. 5. l. 61. de rei vind. & quamdiu res juncta cohæret, dominus ad recipiendam illam, non rei vindicatione, sed ad exhibendum, agere potest. d. l. in rem 23. §. 5. in pr. de rei vind.*

84. Porrò, confusione dominium ex jure gentium acquiritur, quando aliena materia cum sua confunditur; et si fiat domini utriusq; consensu, sive ejusdem sive

C

diver.

diversi generis sint, massa efficitur communis. *§. si duorum 27. l. h. t. d. l. 7. §. 8. de acquir. dom.*

85. Commixtio verò diversarum specierum, quæ in se non coeunt quasi, sed propriam speciem retinent, difficilem tamen separationem admittunt, dominij mutationem non inducunt. *l. 12. §. 1. l. h. t. l. 5. §. 1. de R. U.*

86. Generaliter dicendum est, in omnibus quæ vel separari, vel ad eandem speciem reverti possunt, si materia, specie tantum manente, fortè mutata sit, me eorum dominum manere. *d. l. 7. §. 7. l. omnibus 24. de acquir. dom.*

87. Eadem acquisitionis ratio naturalis est in superficie & solo: ut enim pars toti, ita superficies solo cedit. *l. qui dominum 50. ad L. Aquil. l. 98. in f. de solut.* Idè potissimum fit modis tribus: ædificatione, plantatione & sahone. *§. cum in suo. l. h.*

88. Ædificatione fit hoc modo, si ædes vel domus in suo aut alieno, sive ex sua, sive ex aliena materia extracta sit. *l. adeo. §. cum in suo. de acquir. dom. §. 29. l. h. t.*

89. Aliena tamen materia veri domini manet, et si tignum furtivum non sit, sed fortasse domino sciente, ædibus inclusam, actio de tigno juncto in duplum cessat, & actio in factum prætoria, ad id solum quod interest, datur. *l. qui res 98. in f. de solut. l. de eo 63. de don. inter vir. & ux. Dn. Præcept. Lindemann. d. disp. 2. thes. 55.*

90. At si ignorans & bona fide tignum furtivum ædibus suis injunxerit, pro precio materiæ in duplum tenebitur: eaq; actio cum non intelligatur merè pænalis esse, sed mixta, ob id infamiæ quoq; expers erit jungens.

gens. l. gemma. §. ad exhib. l. §. eod. arg. l. §. §. fin.  
cum l. seq. rer. amot. l. si furti. C. ex quib. caus. infam. ir-  
rog. Goed. ad l. §. de V. S. n. 8.

91. Quod si sciens prudensq; hoc fecit, actione  
de tigno in duplum pro pæna, quoniam furri nec mani-  
fetti actio esse videtur, tenetur: & præter hanc etiam  
ad exhibendum actio & rei vindicatio, adversus eum  
conceditur. l. in rem 23. §. tignum. de rei vind. l. 1. & 2. de  
tign. junct. l. 1. §. fin. de furt.

62. Multum autem interest, utrum bona vel mala  
fide quis in alieno ædificet, ut precium materiæ sum-  
ptusq; consequatur. §. ex diverso 30. F. h. l. adeo. 7. §. 12.  
de acquir. dom. l. 37. cum seq. de rei vind.

93. Priori casu impensas sive utiles sive necessa-  
rias ædificans à soli domino recuperat. §. 30. vers. certè  
illud. l. adeo §. 12. vers. eod. l. sui autem 27. §. f. cum l. seq.  
l. 48. de rei vind. Posteriori casu; de jure stricto, cas-  
dem non consequitur. d. l. 37. de rei vind. l. in area 33.  
de cond. in deb. Benignius tamen est in mala fide ædifi-  
cantiis persona, haberi quoq; rationem impensarum ne-  
cessariarum, maximè si res ex eis meliorata sit, l. do-  
mum. C. de rei vind. & ædificium sine dispendio arcæ  
domini, ut tollat, quod posuit. l. 38. de petit. hered. d. l.  
Julianus. 37. ff. & d. l. domum. 5. C. de rei vind. Cujac. 10.  
obs. 1.

94. Eadem porrò, quæ ædificationis, plantatio-  
nis & sationis ratio quoq; est: nam qualiscunq; planta  
seu arbor in solum quoddam posita, si coaluit radicesq;  
egit, domino soli acquiritur §. si Titius 31. F. h. t. d. l. adeo  
§. fin. l. qua ratione 9. de acquir. dom. l. hoc amplius. 9. §. 2.  
de dam. infect.



95. Verum, dominium arboris, plerumq; ex radicibus, interdum etiam ex situ ejusdem, æstimatur. *d. l. adeo §. fin. & d. l. hoc amplius §. Alfennus.* Posita namq; in confinio, si utriq; radices habeat, fit communis: *d. l. 7. §. fin. in fin.* si vero propè confinium posita, ita solum premat, ut ei, quasi immisis radicibus, adhærescat, & ex ea tota alatur, vicini efficitur: *d. l. adeo §. fin. vers. his conveniens d. §. si Titius. vers. adeo autem. l. h. t. fin deniq; quibusdam tantum radicibus, vicini arbor alatur, ejus manet cujus in fundo illius fuit origo. l. si plures 6. §. si arbor. 2. in f. l. si gemma. 10. arbor. furt. c. §. l. fin. quod vi aut clam.*

96. Hinc liquet ad quem pertineant fructus arboris in confinio positæ: si vero arboris meæ rami solum in vicini fundum vel hortum dependeant, jure Civili fructus mei manent: *l. uni. de gland. legend. jure vero Saxonico, quod ferè ubiq; frequentatur & receptum est, sunt alterius. h. e. cujus in fundum cadunt. Landrecht lib. 2. art. 52. & Weichbild art. 126.*

97. Sationis idem jus erit, siquidem fructus non tam jure seminis, quam jure soli percipitur, adeoq; secundum Jctum in fructibus percipiendis magis corporis jus, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, adspicitur. *l. qui scit. 25. de usur. & fruct.*

98. Huc haud inconvenienter referri possunt scriptura & pictura. De scriptura tenendum, quod chartæ, etiam si aureis literis contet, cedat. *§. litera. 34. l. h. l. 9. §. 3. eod. l. 3. §. interdum. ad exhibend.* Quod etiam propter non existentiam mutationis hodiè procedit & obtinet. *l. sancimus 27. C. d. testam. ordin. l. præcipimus in f. C. de appellat.*

99. In pictura tamen exceptio accessionis apparet,

ret, ea namq; ob precium in arte consistens, seu ob specificationem, formam tabulae addentem, tabulam ad se trahit. *S. si quis l. h. l. qua ratione. 9. S. sed non de A. R. D. l. Labeo. 14. de U. S.*

100. Hoc casu uterq; dominus rei vindicationem, Pictor directam, dominus vero tabulae, utilem, habet. *d. S. si quis in aliena d. l. qua ratione. 9. S. 1. in f. & S. 2. vers. adversus dominum l. h.*

101. Rectissime quoq; subnectitur jus possessionis & fructuum perceptionis, quo per accessionem itidem nobis dominium adjicitur. *S. si quis a non domino. 35. J. h. l. certum est. 22. C. de rei vindic. cum fructus pars ipsius fundi esse censeantur, neque alterius esse possint, quam fundi domino, vel qui eum bona fide possidet l. fructus. 44. de rei vind. l. in Falcidia. 9. ad L. Falcid.*

102. Fructuum autem nomine cum jus & corpus contineatur *l. 43. de evict.* eorumq; varia sint genera, quaeri solet, quosnam bonae fidei possessor lucretur: & dicendum, eum omnes fructus si jam consumpti sint, lucrari: Sin vero adhuc extent, interim facere suos, quo ad res evincatur, lite scilicet nondum contestata: at, post litem contestatam universos restituere, non solum perceptos sed & eos, quos percipere potuisset. *l. bona fidei. de A. R. D. l. qui scit. 25. l. 45. de usur. l. certum 22. C. de rei vind. l. Neseinius, 41. S. 1. d. re. judic. l. 1. in f. de petit. here dit.*

103. Mala fidei possessor vero, universos fructus indistincte, cum re ipsa restituere cogitur, siue lis sit contestata siue non. *d. l. certum est. 22. in pr. l. 1. in f. C. de fide & jure hast a ffc. l. 22. S. 2. de pign. act. S. 34. in f. l. h. & in f. S. 2. de offic. jud.* Expensae tamen in fructibus colligendis erogatae, ei ut restituantur, aequum est, cum omnibus sumptibus

pribus, quibus res ipsa facta locupletior est. *l. plane 20. cum seq. de hered. petit. l. 2. C. de rei vind.*

104. Ultimus & inter cæteros acquirendi modos haud postremus est traditio, quæ tum demum perfecta dicitur, quum res data & accepta est. *l. res ex mandato & l. pen. de A. R. D.*

105. Ut autem traditio subsistat, requiruntur subsequencia 1. ut rem tradens sit ejusdem dominus vel quasi, vel alienandi plenam habeat potestatem, eamq; sibi à domino concessam, veluti procurator aut creditor. *l. 9. §. 4. l. traditio l. non est novum de A. R. D.*

106. Ut liberam habeat suarum administrationem. *l. obligari de auctor. tutor. l. is cui. de V. O.* ut tradens animi alienandi habeat: *l. si heres d. acquir. dom. l. 3. §. dare. de usufr.* ut res sit in commercio: *l. 1. de acquir. dom.* Et ultimo, ut justus subsit transferendi titulus. *l. si procurator cum seq. de acquir. dom. l. rei commodata. commodat.*

107. Traditio est duplex: vera & ficta. Illâ, res corporales de manu in manum traduntur, *l. 9. §. 4. h. t. hâc, res verè non traditur, sed pro tradita habetur: §. 45. l. h. t. d. l. 9. §. 6.* Et hanc Jcti brevem & longam manum appellant. *l. 79. de solut. l. 43. de jur. dot.*

## PROBLEMAT A.

1. Possitne ac debeat jus civile, ex sententia Neratij, finitum esse? *l. 2. de jur. & fact. ignor. Cujac. 5. obs. 39.*

2. Utrum ex jure scripto potius, an verò ex equitate non scripta judicandum sit? *l. 8. C. de judic.*

*l. 12. qui*

l. 12. qui & a quib. manum. l. 18. l. 25. de ll.  
l. 91. de V. O l. 90. de R. J.

3. Si consuetudo cum lege pugnet, quaritur,  
utrum consuetudo legi, an lex Consuetudini præjudi-  
cet? de quo est l. 2. C. quæ sit long. consuet.  
& c. fin. de consuet.

4. An de Crimine pacisci aut transigere liceat,  
necne? l. 18. & l. 38. C. de transact. l. 7. l. 27.  
§. pacta & passim ff. & C. de pact. Hottom.  
illustr. q. 23.

5. Sitne iusta Friderici Imp. constitutio nova,  
qua furtum quinq; solidorum, laqueo & cruce pu-  
mendum esse, sanxit? ex §. si quis quinq; tit. 27.  
de pac. tenend.

6. An pendente iudicio petitorio, possessorio agere  
liceat, nec ne? Hottom. q. illustr. 31.

7. Num tempore pestis seu Epidemie, ut alio,  
septem testes in testamento adhibendi sint de jure?  
l. 8. C. de testam. & ibid. Joan. Dauth. n. 1.  
in addit. lit. a.

8. Qui incendij causâ vicinas ades demolitur,  
an ad reartendum damnum teneatur? l. 49. §. 1.  
h. t. l. 3. §. 7. in fin. de incend. l. 7. §. 4. quod vi  
aut Clam. Geil. 2. obs. 22. n. 3.

9. An

9. *An justum Conjugium solo partium Consensu sine publica testatione contrahatur?* Hottom. q. illustr. 25.

10. *Num Reo, cui per decretum onus probandi impositum est, & id ipsum in se suscepit, nihilominus Actori juramentum judiciale deferre liceat?* l. tutor. 35. l. manifestæ & ibi Dd. de jurejur. c. f. ext. de jurejur.

DOCTISSIMO ET ORNATISSIMO

Dn. Respondenti


N I C O L A O M E J E R O


**N**omini inest omen, populi victoria. Palmam  
Ipse domum populo victor ovante feres.  
Non victrice Manu referes ex hoste triumphum;  
Quâ re? Jure domum digna trophæa feres.  
Jure Soli pax est, pax præstantissima rerum.  
Pax, quæ sæpe nitens Jure cadente cadit.  
Gratulor ergo tibi de nomine, Jure, labore.  
Improbis ille labor quæq; tenere potest.


lubens meritoq; f.

ALBERTUS Illienkamp  
Minda - Westph.













\* (21) \*

confectionem distributori, dem *Dispach*  
fit, propter varias commissas in eo con-  
merito dubitatum reperio. Et claude  
has annotatiunculas von der *Dispache*  
tabilis cujusdam, quod sequenti §. ex  
miralitatibus nostræ Judicio conclusi, libe-


XVI.

EXTRACTVS  
PROTOCOLLI ADMIRALITATIS

de 10. Jan. M DC XCV

*Conclusum*, dasi Johann Phillip  
injunget werde / wann hinfuro ihm  
verfertigen committiret / von theils  
inhibiret werden will / er diejenige / so  
ihren einzuwendenden *Rationibus* an de  
Berichte so gleich (id est, bey erster  
Tage) verweisen soll. (Und fals Contr  
dann nicht einfinden sollten / er denno  
sprechens ungeachtet / mit der *Dispach*  
schuldig seyn solle.) Quæ ultima in par  
hensa *Concluso* quidem expresse non  
lexere tamen ita & extenderunt eaden  
de Lengercke, J. U. L. Reip. nostræ  
Consul hodie, & h. t. Præses, præclaris  
ritus, & Dn. Julivs Henricvs Schaf-  
olim Secretarius, nunc Senator, itiden  
ritis insignis, in *Sessione* 28. Maji 1697

D



tum  
oras,  
ique  
no-  
Ad-

hern  
e zu  
aber  
mit  
fät-  
ats  
so  
der-  
ren/  
pre-  
atel-  
r vs  
tor,  
me-  
u. L.  
me-

VII.